

In Causa Successionis
mutinen. judicium Lucii de
Marescottis Advocati Coll. Bononiensis.

D. Hortensia Corridoria mater olim
D. Caroli Antonij de Braidis ultimo
loco defuncti excludenda a suc-
cessione d.i sui filii per DD. Anto-
nium et Vincentium de Braidis
patruos magnos ejusdem Caroli

Bononiae
Typis Iulii Borzaghi
1705





Mutinen. Succesionis.



Illustrisimi Patres;





TAm quoad bona existentia in Ditione Mutinensi, quàm quoad bona existentia in Territorio saxoli, videtur D. Hortensia Corridoria Mater olim D: Caroli Antonij de Braidis vltimo loco defuncti, excludenda à succesione d. sui Filij per DD. Antonium, & Vincentium de Braidis Patruos Magnos eiusdem Caroli; Si quidem dispositio iuris Communis in §. *Igitur in authent. de hæred. ab intest. in auth. defuncto C. ad Tertul. in auth. vndè summitur*, & §. 1. *instit. eodem*, deferens luctuosam Filij succesionem Matri, correcta reperitur per *Statutum Mutinæ in Rubr.* 151. *lib.* 2., & per aliud *statutum Saxoli in Rubr.* 89. pariter *lib.* 2. excludentia Matrem propter agnatos; Quæ Statuta tanquàm fundata in onesta causa conseruandi agnationem, & diuitias in masculis, per quos Familiæ manutenentur, & per quos in Republica maiora onera sustinentur; Et fundata in alia ratione, quòd per ea fit reuersio, *Tùm ad Ius* diuinum, nam Moyses ex ore Dei responsum accepit, quòd si Filij masculi superfint, Fęminæ non succedant, vt *numeri cap.* 27., Tùm ad ius consuetudinarium Italiæ; Etenim in Italia introducta erat consuetudo, antequam à Classe Pisana sub excidio Amalphitano inuenirentur leges Imperiales cum quibus hodiè viuimus, vt extantibus masculis Fæminæ non succederent; *Tùm deniq;* ad ius scriptum, quoniam secundum leges duodecim Tabullarum, & ius Prætorium, Fæminæ per masculos remanebant exclusę, vt de his omnibus eleganter cæteris relatis agit *Rot. in Nepesin. legittimæ 26. Aprilis* 1697. §. *absque coràm R. P. D. Muto, panes Cardinal. Albic. de inconstan. in iudic. dec. 69. num.* 13., *& seqq.* Non est dubium, quin dd. Statuta sint fauorabilia, & quin tanquam talia seruari, & attendi debeant, *Gratian. discept.* 449. *num.* 20., *& seq. Mans. consult.* 398. *num.* 28. *cum seq.*, *ac consult.* 640. *num.* 36., *&* 37., *Rocc. disput. iur. cap.* 38. *num.* 11., *Bonden. collect. legal.* 31. *num.* 103., *&* 104., *Palm. Nep. alleg.* 251. *n.* 16. *cum seqq.*, *Modern. Constantin. ad Statut. Vrb. in tit. de Statut. exclusiu. Filiar. annot.* 39. *artic.* 1. *num.* 11. *cum seqq. tom.* 2. *ac alibi passim*.

Et quamuis, vt intret d. exclusio Statutaria, secundum opinionem Rotę Romanę (latisimè tamèn improbatam à *D: Marco de Septimanis egregio Aduocato Florentino in allegatione impress. Florentiæ in Causa de Franceschis*, vbi penè infinitos allegat, & D. *Palm. Nep. in tom.* 3. *d. à se collect. d.* 247. *num.* 3., vbi duas columnas DD. refert, ac à *Rot. Flor. panès eundem d.* 248. *num.* 5., *& dec.* 249. *num.* 2. *eodem tom.* 3., vbi ferè innumeros colligit) requiratur vtraque subiectio, personarum nempe excludentium, & bonorum, *Constantin. ad Statut. Vrb. in tit. de Statut. exclus. Filiar. annot.* 39. *artic.* 2. *num.* 133., *Rot. coram Royas dec.* 104. *num.* 3., *dec.* 364. *num.* 9. *vsque ad* 17. *p.* 5. *dec.* 323. *num.* 10. *p.* 15., *dec.* 171. *num.* 3. *p.* 16. rec., Quæ sanè duplex subiectio videtur defficere in casu, *dùm si discurrimus* de Statuto Mutinæ; Istud licèt habeat sub se personas excludentes,

quæ

quæ supponuntur à longo tempore Mutinæ contraxisse domicilium, & habeat sub se bona Ditionis Mutinensis, non tamen habet bona Saxoli, quæ proprijs, & particularibus Statutis, ac legibus subijciuntur: *Si verò discurrimus* de Statuto Saxoli; Istud cum non porrigat vires vltrà suum Territorium, non habet sub se nisi bona Defuncti existentia inter suos fines, non autem personas excludentes; *Proindè Matris* exclusio primo aspectu ex d. defectu vtriusque subiectionis, fundata non videtur, prout in terminis Matris dicebat *Cephal. cons.* 309. *num.* 2. *tom.* 3., *Gob. consult.* 84. *num.* 5. cum alijs suprà citatis.

Nihilominùs, prædd. non attentis, contrà Matrem sine dubio est resoluendum. Nàm quid quid sit de alia celebri quæstione, nempè an ad supplendum defectum vtriusque subiectionis secundum proximè recensitam opinionem, requisitæ, fieri possit combinatio Statutorum prò admittendis Agnatis ad exclusionem Matris, & aliarum Fœminarum a bonis plurium Territoriorum Circà quàm quæstionem licèt ex pondere alterius opinionis Rot. Rom., plures anteactis temporibus inclinauerint in negatiuam opinionem, etsi maiora iuris fundamenta essent prò affirmatiua, nempè prò combinatione, vt magistraliter ostendunt *de Luc. de success. ab intest. disc.* 4. *num.* 5., *& de Statutar. success.* §. 14. *per tot*, *Bellon. iun. cons.* 74., *Altograd. cons.* 93. *num.* 28., *& seq. lib.* 1., Attamen nostris temporibus dicta alia negatiua opinio *Rotæ Romanæ* amplius sequi non debet, quià sub Pontificatu S. M. Innocentij XI., agnitis mediante matura discussione, illius insubsistentia, & præiuditio, quod afferebat Reipublicæ, & Nobilibus Familijs, fuit de anno 1680. per specialem Constitutionem eiusdem Summi Pontificis abrogata, vt testatur *Modern. Constantin. ad Statut. Vrb. d. annot.* 39. *artic.* 2. *num.* 144. *cum seqq. fol.* 127. *tom.* 2.; Et liquet ex eadem Constitutione impress. pænes *part.* 18. *rec. in fin. tom.* 2., & pænès *Adden. ad Pamphil. dec.* 338., ac pænes *de Luc. de Statutar. success.*, vbi d. Insignis Doctor *sub* §. 7. *num.* 8. vlteriùs aduertit, d. Constitutionem quoad successiones imposterum deferendas etiam in locis non subiectis Pontifici, attendendam saltèm esse tanquam doctrinam, vel auctoritatem magistralem, quod quoque in Causa Florentina tenuit D. *Palm. Nep. inter dec. à se collect. dec.* 247. *num.* 12. §. *Vnde de primo*, *&* repetijt *Rot. Flor. pænès eundem dec.* 249. *num.* 3. *tom.* 3., Ratio autèm vlterior esse potest, quià etiàm extrà Statum Ecclesiasticum viget ratio vniuersalis Economica, & Politica conseruandi Familias, prò qua vltrà iuris fundamenta, supracitata Pontificia constitutio edita fuit.

Certi tamen iuris est, quòd ambulando etiam cum vestigijs dictæ iam ferè antiquatæ, & aboletæ opinionis, Adhuc sine dubio casus præsens ex pluribus videtur extrà omnem difficultatis aleam.

Et inter alia: Primò quià non subsistit in facto, quòd respectu Statuti Saxoli, quamuis adsit subiectio bonorum, defficiat subiectio personarum; *Nam vnus ex Patruis* excludentibus, nempè D. Antonius est Ciuis saxolensis origine propria, & paterna; *Alter vero*, nempe D. Vincentius est Ciuis origine paterna; Vndè dici nequaquam possunt forenses, cum subditi Originarij quocumque vadant, semper remaneant subditi loci eorum originis, illique dicantur quodammodo hyppothecati, vt ait *Bald. in l. adoptionem num.* 3. *C. de adopt.*, *Paitel. expedit.* 97. *num.* 21.; *Rot. Flor. panès Palm. d. dec.* 248. *num.* 45. *tom.* 3., Et hinc processit conclusio, quòd per translationem incolatus ad alias partes, domicilium originis nunquam ammittitur, *Bartol. in l. quæsitum ff. de legatis* 3. *Amaya. in l. Ciues* 7. *num.* 72. *cum seqq.*,

seqq., *Surd. cons.* 343. *num.* 30., *Flamin. Ross. cons.* 6. *num.* 23., & 24. *lib.* 1. *Mans. consult.* 494. *num.* 11., *latè Zaul. ad Statut. Fauen. lib.* 6. *Rubr.* 11. *num* 3. *cum seqq. tom.* 2., *Iou. de Solemnit. in contract. min. gloss.* 18. *num.* 52. *versic. nec est nouum*, *Ganauer. dec.* 48. *num.* 35. *& per tot.*, *Rot. coram Duran. dec.* 31. *num.* 2. *cum seqq.*, *Rot. Flor. penès Palm. d. dec.* 248. *n.* 41. *cum seqq. tom.* 3. In specie quòd sufficiat ad consequendam ciuilitatem Filij, origo Patris in loco, de quo agitur, quià Filij quoad Ciuilitatem, Patris sequuntur originem, *Bart. in l. assumptio* §. *Filius in princ.*, *& l. final.* §. *item rescripsit num.* 4. *ff. ad municip.*, *Bald. cons.* 334. *num.* 1. *lib.* 4., *Mans. consult.* 494. *num.* 7., & 495. *num.* 1., *Seminiat. contr.* 25. *num.* 10. *Rot. Flor. penes Palm. d. dec.* 249. *num.* 13. *tom.* 3., *Rot. Rom. dec.* 279. *num.* 17., *& seq.*, *ac dec.* 455. *num.* 12. *coràm Ludouis*, & *inter rec. dec.* 364. *num.* 8. *p.* 5. *tom.* 1., *dec.* 66. *num.* 21. *p.* 16., *d.* 188. *n.* 4. *p.* 17.

Nec refert, quòd licèt domicilium originis ammitti, nec immutari possit, tamen amitti valeant commoda successionum ab eo resultantia deserendo habitationem propriæ originis, *Rot. Flor. penès Palm. d. dec.* 248. *num.* 56. & *dec.* 249. *numer.* 7. *tom.* 3.

Quoniàm prętermisso, quòd ne nostri Patrui priuari possent benefitio d. Statuti Saxoli, satis fuisset, vt in d. loco, illiusque districtu habitasset illorum Nepos vltimo loco defunctus, & illorum Frater prędefunctus, vt Statuit *Imperator in l. scimus* §. *illud C. de Agricol.*, *& censit. lib.* 11. vbi ait -- *Cum enim pars quodammodò Corporis eius per cognationem in fundo remanebat, non videtur neque abesse, neque peregrinari, Maneat itaque Domino ius inconcussum, donec eius vel antiquitas, vel posteritas, vel cognatio in agro remaneat, ipse videatur ibi residisse*; Per quem *Textum* infert in proposito nostro *Bart.*, quòd si extat Statutum, vt quis non gaudeat eius benefitio, nisi habitet, si tamen per coniunctos, aut Fratres, vel Filios domicilium habetur, etiam qui abest, dicitur esse in Casu Statuti, quam Sententiam iterum docuit *idem Bart. de repræsal. q.* 7., eumque secuti fuerunt *Bald. cons.* 234. *per tot. lib.* 1. *Soccin. cons.* 292. *num.* 4. *Roland. à Val. cons.* 79. *num.* 30. *lib.* 2.; *Ruin. cons.* 200. *num.* 6., & 13, *lib.* 5., *Cephal. cons.* 246. *num.* 27., & 30., *Bursat. cons.* 189. *num.* 3., *Gratian. discept.* 484. *n.* 21. *cum seq.*, *Riminald. Iun. cons.* 275. *in fin.*, *Surd. cons.* 461. *num.* 20., quos omnes per eadem verba refert, & sequitur *Mans. consult.* 494. *num.* 10. *Boer. decis.* 272. *num.* 2.

Additur, quòd vnus eorundem Patruorum, nempè D. Vincentius semper retinuit bona, & domum in Territorio Saxoli etiam in Communione cum eodem Carolo, de cuius hereditate agitur, & tẽmpore præsertim ęstiuo in eadem Ditione simul cum Genitore Filij Defuncti, & cum ipso Filio, ac ipsamet D. Hortensia Matre quolibet anno cohabitauit, quod exuberat ad ostendendam continuationem domicilij eiusdem Vincentij, cum ad hunc effectum satis fuisset sola retentio in eodem loco domus cum aliquo famulo ad illius custodiam, latè *Rot. dec.* 188. *num.* 20. *cum seqq. p.* 17. *dec.* 9. *num.* 6., & *dec.* 431. *num.* 1. *p.* 18., *In Nullius*, *seù Senogalien. bonorum* 13. *Martij* 1697. §. *Adstipulantibus coràm R. P. D. Muto*, & 10. *Decembris* 1698. §. *Hac in ordine coràm eodem*: Generalitèr quòd ex retentione bonorum stabilium in loco originis, probetur animus ibi domicilium conseruandi, *Cephal. cons.* 451. *num.* 129., & priùs *num.* 125. *lib.* 4., *Surd. cons.* 343. *num.* 32., & *cons.* 346. *num.* 12., *Menoch. cons.* 329. *num.* 37., *Altograd. cons.* 27. *num.* 20. *Mans. consult.* 60. *num.* 29. *versic. ità si nulla*, & *num.* 30. *lib.* 1., *ac consult.* 494.

 num. 5.

num. 5.*cum seq.*, *Mascard. de probat. conclus.* 534. *num.* 2. *in prim. edit.*, *Card. de Luc. de iurisdict. disc.* 89. *num.* 7., *Bonden. collect. legal.* 31. *num.* 45., & 65. *Balduc. dec. in tit. de dot. dec.* 38. *n.* 70., *Rot. Flor. pœnes Palm. d. dec.* 248. *n.* 55. *tom.* 3., *Rot. Rom. pœnes Viuian. de iur. patr. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 33. *ad fin.* ibi -- *nec distraxerat bona, quæ habebat in patria, coram Dunozet dec.* 154. *num.* 4. *ad fin.*, optimè omninò viden. *eadem Rot. in Rec. dec.* 364. *num.* 3. & *seqq. p.* 5. vbi ex retentione bonorum in Territorio Ferrariæ, firmatur, Ferrarensem, qui per longum tempus habitauerat Mutinę in Curia Serenissimi Ducis, non posse dici Forensem.

Multò minus refert, quòd Statutum Saxoli *Rubr.* 12. *lib.* 1. reputet forenses omnes subditos, qui habitauerint per quinque annos extrà domicilium Saxoli, & vlterius in *Rubr.* 14. *eiusdem lib.* 1. ob non habitationem tanti temporis, illos priuet bonis, eaque applicet Fisco.

Etenim vltrà quòd in facto non subsistit, quòd agnati, de quibus agitur, & præsertim D. Vincentius habitauerit extrà Territorium Saxoli per quinquennium, dùm, vt suprà fuit dictum, vsque in prędentem diem ibi semper retinuit domum apertam, & bona indiuisa cum defuncto, ad idemque Territorium Saxoli se contulit quolibet anno tempore ęstiuo, quod ex suprà allegatis sufficit prò conseruatione domicilij in eodem loco, etsi idem Vincentius aliud domicilium Mutinę eodem tempore retinuerit, quià plura domicilia eodem tempore in diuersis locis, & regionibus retineri possunt, *l. assumptio* §. *iuris prudentibus ff. ad municip.*, *l. labeo ff. eodem*, *Menoch. cons.* 329. *num.* 36., *Gratian. discept.* 623. *num.* 25. *Cyriac. contr.* 273. *num.* 19., *Altograd. cons.* 28. *num.* 4., *Tranchedin. consult.* 31. *num.* 15., *De Luc. de renuntiat. disc.* 18. *num.* 8., *de success. disc.* 19. *num.* 5., *disc.* 20. *num.* 5. 7. & 8., *de regal. disc.* 83. *num.* 11. *Saminiat. contr.* 25. *num.* 15., *Rot. Flor. coràm Vrceol. decis.* 46. *num.* 11., & *pœnès Palm. Nep. d. dec.* 248. *num.* 47. *cum seqq. tom.* 3., vbi quòd in habente duo domicilia, tanto magis attendi debet domicilium originis, si in hoc ad sint bona: quià duo ~~domicilia~~ minima magis ligant, quàm vnum, *Rot. coràm Buratt. dec.* 804. *num.* 3., *dec.* 811. *num.* 7., & *in rec. dec.* 137. *num.* 13. *p.* 5., *dec.* 172. *num.* 11. *p.* 8., *dec.* 188. *num.* 19. *p.* 17., *dec.* 431. *num.* 8 *p.* 18.

Insuper quod quoque in iure demonstrat inapplicabilitatem citatarum Rubricarum Statuti Saxoli, extat, quòd etiam in erronea hippothesi, quòd ambo dd. Patrui semper habitassent Mutinę; *Adhuc non contrauenissent* dd. Rubricis, cum non se contulissent ad habitandum extrà dominium Principis Saxoli, sed ad aliam Ciuitatem eiusdem Principis, ad quem dominium Saxoli deuolutum est, quo Stante non dicuntur deseruisse locum Saxoli suę originis, sed domicilium domicilio addidisse, vt eruditè firmat *Rot. Flor. pęnès d. D. Palm. Nep. d. dec.* 248. *num.* 51. ibi -- *Addimus originarium, si transfert domicilium suum intrà Prouinciam, & regnum, non censeri deserere locum suæ originis, vt docet Bald. in auth. sed omninò C. Ne vxor prò merito, quem refert, & sequitur Alex. in addit. ad Bartol. in l. assumptio* §. *iuris prudentibus in verb. prælumitur habere ff. ad municip.*; *Et translatio dominij in aliam Ciuitatem, & prouinciam non arguit renunciationem iuris originis l.* 3. *ff. de mun.*, & *honor.*, *l. Senatores ff. de Senat.*, *Et potiùs domicilium nouum additur domicilio originis, quàm illud ammittatur, d. l. Senatores, & l. adoptionem, l. prima C. de adopt. Carleual. de for. compet. disput.* 2. *q.* 2. *num.* 138. Quibus addo ego D. Consiliar. *Balduc. sub tit.*, *de*

de dot. dec. 38. *num.* 69., vbi in suo casu admittit hanc veram conclusionem, & illam posteà declinat, quià ibi Marchio Gauotti in iuditio, & extrà declarauerat deseruisse domicilium Sauonę; *Et in terminis* originarij castri S. Felicis habitantis Mutinę, *Cephal. cons.* 309. *per tot.*, & præsertim *num.* 80., *& cons.* 310., *Pigant. ad Statut. Ferrariæ Rubr.* 98. *num.* 42. *fol.* 461. ibi -- *Hac vna ratione Troilus quidam de Robertis Mutinensis successit Ferrariæ, & Ioannes de Blanchis Ferrariensis successit in Territorio Castelnetri districtus Mutinensis, Cæsar Trottus successit Mutinæ de anno* 1613. *ex Decreto Consilij Iustitiæ ad bona Lucretiæ Lombardinæ, & D. Alexander Cananus anno* 1630. *ad bona Mutinæ de hęreditate D. Heleonoræ de Cananis, Gob. consult. decisiu.* 110. *num.* 62. vbi aduertit, id seruatum fuisse in Casibus allegatis per *Pigant.*, quia Ferrarienses, & Mutinenses erant sub eodem Principe, *& num.* 66. *cum Bertazol.*, *& Menoch.* admittit, quòd subditi eiusdem Principis non dicuntur Forenses, quamuis diuersi Territorij.

Potissimum redactio dominij Saxoli sub Ducatu Mutinę facit cessare dd. *Rubricas* 12., *&* 14., quià illę non fuerunt ordinatę principaliter contemplatione populationis Terrarum, oppidorum, & Villarum Territorij Saxoli, sed contemplatione in genere retinendi populatum dominium eiusdem Principis, vt ibi -- *vel nostro Domino*, & etiàm depromitur ex subsequentibus Rubricis, *Proinde* quemadmodum sì sub Principe Saxoli transijsset per possibile Ciuitas Mutinæ, illiusque Districtus, potuissent sine dubio Originarij Saxoli, non obstantibus dd. Rubricis, absque nota forensitatis transire ad habitandum Mutinæ, in illiusque [redacted] posse facere in hoc contrario casu transitus Saxoli sub eodem Ducatu Mutinæ, cum idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, *l. Iulianus* §. *si venditor*, *&* §. *si Procurator ff. de act. empt.*, *l. final. C. de Senten.*, *Mans. consult.* 495. *num.* 17.

Et hinc insignis I. C. Ioannes Baptista Laderchius in rescripto concessionis licentiæ Saxolensibus habitandi extrà Territorium Saxoli, dummodò in Ciuitate, vel districtu Mutinæ, apposuit clausulam *quatenùs opus sit*, *& non aliter*, per quam dictionem voluit ostendere, etiàm ipsum tunc temporis dubitasse, non adfuisse aliquam necessitatem petitę licentię, *Barbos. tractat. var. dict.* 312. *num.* 2.

Et hinc paritèr quotidiè videmus, non obstante quòd Statutum Saxoli rigorosissimè prohibeat alienari bona, in Forenses, & non subditos, vt *in Rubr.* 52. *lib.* 2.; Nihilominùs postquam dominium Saxoli redactum est, sub eodem Ducatu Mutinę, passim absque aliqua licentia, vel dispensatione permittitur Mutinensibus aquisitio bonorum in eodem Territorio Saxoli; Argumentum sanè euidens pro demonstrando, quòd Mutinenses postquam dominium Saxoli fuit vnitum dominio Mutinę, amplius non sunt, nec habentur prò forensibus, alitèr in eos non possent fieri alienationes, vt *in puncto* loquendo de successione Mutinensis in Territorio S. Felicis ait *Cephal. cons.* 309. *num.* 80. *versic. & in proposito lib.* 3.

Clariùs non applicantur dd. Rubricę, & signanter *d. Rubr.* 12., quià illę absolutè non reputant forenses Saxolenses habitantes per quinquennium extrà statum, nec illos absolutè priuant, sed in duplici tantumodo circumstantia, nempè vel habitationis sine licentia, vel habitationis sine rationabili causa, vt ibi -- *Senza nostra licenza, ò de nostri Successori, ò senza ragioneuole causa da essere per tale giudicata &c.*, Vndè dùm in Casu infrà ostenditur concurre-

re

re, *Tùm* licentiam, *Tùm* rationabilem causam habitandi extrà statum, dupliciter allegatę Rubricæ non obstant, nec sunt applicabiles.

Concurrit enim licentia, quià Serenissimus Dux Cęsar. de anno 1599. 18. *Octobris* generaliter concessit licentiam omnibus Saxolensibus se conferendi ad habitandum extrà Statum Saxoli, dummodò venirent ad habitandum Mutinę, vel in agro Mutinensi; Et quamuis hęc licentia principaliter respiciat solam dispensationem à *Rubr.* 14. infligente non habitantibus pęnam priuationis bonorum, vt patet, dum Communitas Saxoli solùm supplicauit prò moderatione d. Rubricæ, & dùm d. Serenissimus Dux Cęsar in concessione antędictæ licentiæ vsus fuit restrictiuis verbis -- *non obstante Statuto prædicto*. Nihilominus quià statim ac fuit concessa eadem licentia, successit in necessariam consequentiam Vnus ex casibus expressè exceptuatis, & exemptis ab ipsa *Rubr.* 12., nempè habitatio cum licentia: *Hinc imposterum* eadem *Rubr.* 12. quoad Saxolenses habitantes Mutinę, vel in agro Mutinensi remansit absque necessitate precisè dispensandi quoàd ipsam, inefficax, & subingressa fuit regula, quòd dispensatus ad vnum, censetur dispensatus ad omnia, quæ veniunt in consequentiam, & possunt fieri cum ipsa dispensatione, *Card. de Luc. de Canonic. disc.* 5. *n.* 3. *in fin.*, *& disc.* 13. *num.* 11.

Concurrit similiter rationabilis causa, ob quam dicti Patrui potuerint non habitare Saxoli, dum Mutinę, & in agro Mutinensi habebant, & habent bona, & in eadem Ciuitate Mutinæ exercent negotium publicum Alutarij, & vnus illorum in eadem Ciuitate Mutinæ exercet Ministerium [redacted].

In specie quòd sit rationabilis causa non habitandi in loco originis ad effectum excusandi ab ammissione beneficiorum statuti, exercitium alicuius Mercaturę, & artis, etiam si per longissimum tempus habitatum fuerit alibi per *Text. in l. nihil ff. de captiu.*, in terminis Mercatoris alibi habitantis ex causa Mercaturæ, firmarunt *Amaya in lib.* 10. *C. tit.* 39. *num.* 110., *Carl. Ant. de Luc. ad Gratian. cap.* 181. *num.* 1., *Antonell. de temp. leg. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 5., *Adden. ad Burat. dec.* 211. *num.* 8., *& in Nepesina legitimæ* 11. *Iunij* 1697. §. *non impugnabant coram R. P. D. Muto*, Et generaliter in terminis cuiuscumque exercentis aliam artem extrà patriam, vel ibi manentis gratia etiam colendi agros à se conductos, latissimè quamplurìbus abbundè relatis *Mans. consult.* 60. *n.* 13. *cum pluribus seqq.*, *& consult.* 494. *n.* 8., *saminiat. contr.* 25. *num.* 12.

Vlterius quòd demonstrat, dd. Rubricas, & signanter d. Rubricam 12. non esse adaptabilem, est, quòd inter agnatos prætendentes excludere matrem, adest Clericus, seù Sacerdos, qui licèt quoad partes fauorabiles per modum Priuilegij possit vti Laicali Statuto Saxoli prò excludenda Matre, tamen non ligatur separatis, & omninò distinctis *Rubricis* 12., *&* 14. sibi pręiuditialibus, quia speciale est in Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, posse vti per modum Priuilegij Statutis, & Constitutionibus Laicorum, & illa, ac illas reicere, in quantum faciunt contrà se ipsos, *Rot. dec.* 231. *num.* 12., *& seqq.* *p.* 10., vbi *sub num.* 14. aduertit id sine difficultate procedere, quando agitur de dispositionibus diuersis, & separatis; *Et in Romana dotis, & fructuum* 15. *Martij* 1694. §. *etenim coràm Benincasa impress. panès Constantin. ad statut. vrb. dec.* 103. *n.* 18. *tom.* 3.

Secundò principaliter versamur extrà terminos dictę antiquatę questionis, quià Statutum Mutinę, vbi obijt D. Carolus, de cuius hęreditate agitur, disponit fauore

Agna-

Agnatorum ad exclusionem Matris, de hæreditate defuncti, prout est quoddam ius vniuersale nullo loco circumscriptum, quo casu non dicitur extendere vires extrà suam iurisdicionem; & in consequentiam comprehendit bona etiam in alijs Territorijs sita, quatenùs nempè subsunt hereditati, vt post *Francisc. de Rampon. super Statut. Ferrarię penès Calderin. cons. 34. in fin. in tit. de Testam.*, super varijs Statutis Italię firmarunt *Alex. cons. 44. n. 7. versic. alio casu lib. 5.*, *Decian. cons. 53. n. 9. vsque in fin. lib. 5.*; *Cyos. cons. 132. n. 6. & 7.*, *Cephal. cons. 309. n. 25. cum seqq. tom. 3.*, *Bursat. cons. 246. num. 4., versic. cum ideo*, *Cauagnol. consult. 6. num. 40. cum seq., & consult. 11. n. 8. lib. 2.*, *Barbat. cons. 75. lib. 3.*, *Bardellon. cons. 56. n. 11. versic. veritas tamen*. *Andreol. contr. 407. n. 39.*, *Marcian. cons. 1. num. 174.*. *Gall. cons. 61. n. 35.*, *Gargiar. cons. 45. n. 69. lib. 1.*, *Bellon. Iun. cons. 74. n. 120. cum seq.* *Campeg. de dot. p. 5. q. 69. in fin.*, *Mangil. de imput. q. 73. n. 10., & q. 81. n. 45.*, *Bonden. collect. legal. 31. n. 109. & seq. lib. 2.*

Tertiò principaliter cessat d. quęstio, quià Statutum Mutinę mihi supponitur confirmatum à Serenissimo Duce per viam legis generalis in toto, ac vniuerso eius dominio obseruandę, quo casu absque vlla hęsitatione tunc operatur suum effectũ in quocumque loco suę iurisdictionis, *Bellon. cons. 74. num. 135.*, vbi quòd, stante generali confirmatione, dicitur lex Principis, quę vim suam exercet in omnibus locis eius Ditioni subiectis, *Gob. de iur. intest. success. obser. 2. nu. 32.*

Quartò demùm principaliter cessat d. quęstio, quià cum ex domicilio contracto Mutinę tàm defunctus, quàm agnati, qui veniunt ad successionẽ, & Mater ipsa, quę Mutinæ nata fuit, sint Ciues Ciuitatis dominantis, & Terra Saxoli, in cuius Territorio sunt bona, subsit Ciuitati dominanti, intrat celebre *cons. 288. Soccin. n. 2. & seqq. lib. 2.*, qui vult, quòd quando tàm Defunctus, quàm ij, qui veniunt ad successionem, sunt Ciues Ciuitatis dominantis, & locus, vbi bona existunt, subest eidem Ciuitati Dominanti, successio reguletur ex pręscripto Statuti eiusdem Ciuitatis Dominantis, quod *cons. Soccin.* tanquam sanam Doctrinam continens, sequitur *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 18. num. 69.*, & pluribus alijs sequacibus relatis passim amplexa fuit *Rot. Flor.*, *vt videre est in dec. 245. n. 33. inter collect. per Palm. Nep. tom. 3.*

Faciliùs autem speratur, pręd. amplectenda fore à sapientissimis Patribus; *Tùm quià* Mater, & sorror faciliùs excluduntur ex adductis rationibus, quàm Filia, vt distinguendo contrà Matrem, ait *Iason. cons. 80. num. 6. vsque in fin. lib. 2.*, *Curt. Iun. cons. 9. per tot.* Tùm quoque quià mater, quę hodiè ex capite forensitatis cum Statuto Saxoli vellet excludere agnatos, est Mutinensis; Vndè cum agnati Originarij Saxoli non concurrant cum Matre verè Saxolensi, eò minùs, etiàm sì spectandum esset Statutum Saxoli, vt pars prætendit, cum ipsis rigidè procedi posset, aut deberet.

Quare &c.

Lucius de Marescottis Aduocatus Colleg. Bon.

Mensę Archiepiscopalis d. Ciuitatis Consultor, & S. Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum Cardinalium R. Fabricę S. Petri de Vrbe in tota Legatione, & Diœcesi Bononien. Commissarius, ac Generalis Auditor &c.

BONONIÆ Typis Iulij Borzaghi. 1705. *Superiorum permissu.*

